


681







Manuale Parisiense


typis mandatum anno


1497.

ut patet ex ultima pagina

ad usum ecclesiae parochialis

S.ti hilarii.





¶ Incipit manuale se
cundū vsū ecclesie pari
sieñ. Bñdictio aque q̄
fit qualibet die dñica/
pterq̄ i die pasche ⁊ pē-
thecostes. Et fit pͥmo
bñdictio salis se signā-
do ⁊ dicendo.

Adiutoꝛiū nostrū i no-
mie dñi. ℟. Qui fecit
celū et terrā. ℣. Sit no
mē dñi benedictū. ℟.
Ex hoc nūc ⁊ vsqꝫ i scl'z.
Exoꝛcizo te creatu
ra salis per deuꝫ
✠ viuū/per deū
✠ verū. p deū ✠ sactū
per deū qui te per heli-
seū pphetā i aqua mit
ti iussit vt sanaret steri
litas aque vt efficiaris
sal exoꝛcizatū in salutē
credentiū: vt sis oibus
te sumentibus sanitas
aīe ⁊ coꝛpoꝛis/ ⁊ effugi
at atqꝫ discedat ab eo
loco quo aspersus fue-
ris omis fantasia ⁊ ne-
quicia vel versusia dia
bolice fraudis: omisqꝫ
spūs imundus adiura
tus. Per eū qui ventu-
rus est iudicare viuos ⁊
moꝛtuos et seculū per
ignē. Amē. Alia oro

Immēsā cle (Oꝛe.
mentiā tuā omps
eterne de⁹ humiliter i-
ploꝛamus: vt hāc crea-
turā salis quā in vsum
humani gener⁹ tribui-
sti benedicere ✠ ⁊ san-
ctificare ✠ tua pietate
digneris. vt sit oib⁹ su-
mentib⁹ salus mentis
⁊ coꝛpoꝛis: vt quicquid
ex eo tactū vel aspersū
fuerit/ careat omi im-
mundicia/ omiqꝫ ipu-
gnatiōe spiritalis neq̄
cie. Per virtutē eiusdē
dñi nostri iesu xpi q̄ vē-
tur⁹ est iudicare viuos
et moꝛtuos et scl'm per
ignē. Exoꝛcism⁹ aque
sine Oꝛemus.

Bñdictio aque


Exorcizo te creatu
ra aque / ī nomīe
dei patris ✠ omipotē-
tis / et in noīe iesu chri-
sti ✠ filij eiusdē dñi no
stri / ꝛ in virtute spirit⁹
✠ scti: vt fias aqua ex-
orcizata ad effugandā
oēm potestatē inimici.
ꝛ ipm inimicū eradica
re ꝛ explantare valeas
cū angelis suis aposta-
ticis. Per virtutē eius-
dē dñi nri iesu christi. q̄
ventur⁹ est iudicare vi
uos ꝛ mortuos et secu-
lū per ignem. Oremus

Deus qui ad salutē
humani generis
maxima quęq₃ sacramē-
ta in aquarum substā-
tia condidisti. adesto p
picius inuocationibus
nris. et elemento huic
multimodis purifica-
tionib⁹ preparato / vir
tutem tue bene ✠ dicti
onis infunde: vt crea-
tura tua mysterij tui ti
bi seruiēs ad abijcien-
dos demones / morbos
ꝙ pellēdos diuine gra
tie tue sumat effectum
vt quicqd ī domib⁹ vel
in locis fideliū hec vn-
da resperserit / careat
omī imundicia / libere-
tur a noxa. non illic re-
sideat spiritus pestilēs
non aura corrumpens
Discedant oēs insidie
latentis inimici. ꝛ si qd
est quod incolumitati
habitātiū inuidet aut
quieti: aspersione hui⁹
aque effugiat / vt salu-
britas per inuocatiōez
sancti tui nomīs expe-
tita: ab omībus sit ipu
gnationib⁹ defēsa Per
dñm nrm iesū xpm fili
um tuū Qui tecū viuit
et regnat in vnitate e-
iusdē spiritus sancti de
us. Per omnia secula
seculorū. Amen.

¶ Hic mittat sacerdos sal in aquam in modū crucis dicens submissa voce. Cōmixtio salis et aque pariter fiat in nomine ✠ patris et fi✠lij et spiritus ✠ sancti. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus

Deus inuicte virtutis auctor et insuperabil' imperij rex ac semper magnificꝰ triumphator/ qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuiciam superas/ qui hostiles nequicias potens expugnas: te domīe tremētes ac supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis et aque/ dignanter ✠ accipias/ benignus ✠ illustres: pietatis tue more sancti✠fices. Ut vbicunqȝ fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis omnis infestatio īmundi spiritꝰ abijciatur/ terrorqȝ venenosi serpentis procul pellatur et presentia sancti spiritꝰ nobis misericordiam tuā poscentibꝰ vbiqȝ adesse dignetur. Per dominum nostrum iesuȝ christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdē spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.





bo⁊ lauabis me ⁊ sup niuē dealbabo⁊. Ps. Miserere mei deus. Gloria patri. Seculo⁊ am.

¶ Tūc aspgatur aqua sup altaria et super assistentes. Post aspsionē aque dicat. ℣. Ostende nobis dñe miam tuaz. ℟. Et salutare tuū da nobis. Oremus.

Exaudi nos dñe sācte pater oīps eterne de⁹ ⁊ mittere digneris sanctū angelū tuuz de celis qui custodiat / foueat / protegat / visitet / ⁊ defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per christū dñm nostrū. ¶ Post pcessionē in itroitu chori cantatur āñ. de oībus scīs scōm exigentiā tēporis ℣. Beati qui habitāt i domo tua dñe. ℟. In secula seculoꝝ laudabunt te. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus edificator ⁊ custos hierusalē ciuitatis superne: custodi die noctuqꝫ locū istū cū habitatoribus eius: vt p intercessionē beate gloriose semp qꝫ virginis marie: bea. N. ⁊ oīm sāctoꝝ sit i eo domiciliū incolumitatis et pacis Per christum dominū nostrum.

¶ Sabbato sancto in vigilia pasche ad benedicēdū cereū paschalē.



Bñdictio cerei paschalis
Exultet iã angeli-
ca turba celoꝛũ exultẽt
diuina mysteria ⁊ ꝑ tã
ti regis victoꝛia tuba
ĩtonet salutaris. Gau-
deat se tellus tãtis irra
diatã fulgoꝛib⁹ et et̃ni
regis splendoꝛe lustra-
ta totius oꝛbis se sen-
tiat amisisse caliginẽ.
Letetur ⁊ mater eccle-
siã tanti luminis adoꝛ
nata fulgoꝛibus et ma
gnis populoꝝ vocibus
hec aula resultet. Qua
propter astantibus vo
a iij


Bñdictio cerei pasch.
bis fratres charissimi
ad tam mirã sancti hu
ius luminis claritatez
vna mecũ queso dei oi
potentis misericordiã
ĩuocate. vt qui me nõ
meis meritis ĩtra leui-
tarũ numerũ dignat?
est aggregare/ lumĩs
sui gratia infundente
cerei huius laudem im
plere pficiat iesus chri-
stus dominus noster.
Qui viuit et regnat cũ
deo patre in vnitate
spiritus sancti deus.


Bñdictio cerei pasch.
Per omia secula secu-
lorū. Amen. Dominus
vobiscū. Et cum spiri-
tu tuo. Sursum corda
Habemus ad dominū
Gratias agamꝰ domi-
no deo nostro. Dignū
et iustum est. Vere qa
dignum & iustū est. In
uisibilem deū patrem
omipotentē filiumqȝ
eius vnigenitum do-
minū nostrū iesū xp̄m
cum sancto spiritu to
to cordis ac mentis af
fectu et vocis my-
a iiii



Bñdictio cerei paſch.
ſterio perſonare. Qui
pꝛo nobis eterno patri
ade debitum ſoluit et
veteris piaculi cautio-
nem pio cruoꝛe deter-
ſit. Hec ſunt enim feſta
paſchalia in quibus ve-
rus ille agnus occidi-
tur/eiuſqꝫ ſanguĩe po-
ſtes fideliũ conſecrant
Hec nox eſt in qua pꝛi
mũ patres noſtros fili
os iſrael eductos de e-
gypto rubꝛũ mare ſic-
co veſtigio tranſire fe-
ciſti. Hec igitur nox eſt


que peccatoꝝ tenebꝛaꝝ
columne illuminatiōe
purgauit. Hec nox eſt
que hodie per vniuer-
ſum mundum in chꝛi-
ſto credentes a viciis
ſeculi ſegregatos et ca
ligine peccatoꝛum red
dit gratie ſociatqꝫ ſā-
ctitati. Hec nox eſt in
qua deſtructis vincul'
moꝛtis chꝛiſtus ab infe
ris victoꝛ aſcendit. Ni
chil enim naſci nobis
pꝛofuit niſi redimi pꝛo
fuiſſet. O mira circa



Bñdictio cerei pasc.
nos tue pietatꝫ digna-
tio. O inestimabilis di
lectio caritatis vt ser-
uum redimeres filiuz
tradidisti. O certe ne-
cessariũ ade peccatum
quod christi morte de-
letum est O felix culpa
que talem ac tantũ me
ruit habere redempto-
rem. O beata nox que
sola meruit scire tẽpus
et horam in qua christꝰ
ab inferis resurrexit.
Hec nox est de qua scri
ptum est/ et nox vt di-


Bn̄dictio cerei paſ.
es illuminabit. et nox
illuminatio mea in de
licijs meis. Huius igi=
tur ſanctificatio noct?
fugat ſcelera culpas la
uat/ et reddit innocen
tiam lapſis meſtis leti
ciam. Fugat odia cō=
cordiam parat et cur=
uat imperia.
Hic ponā tur quiqȝ grana icē ſi in cereo in modum crucis.
In hui? igitur noctis
gratia ſuſcipe ſācte pa
ter incenſi huius ſacri=
ficium veſpertinum
quod tibi in hac



Bñdictio cerei paſ:
cerei oblatione ſolēni
ꝑ miniſtroꝝ manus de
operib⁹ apū ſacroſctā
reddit eccleſia Sed iaȝ
colūne huius pꝛeconia
nouimus
Hic accendat cereus ex thuribulo.
quam in honoꝛem dei
rutilās ignis accendit
Qui licet diuiſus in p-
tes mutuati tamen lu
minis detrimenta nō
nouit. Alitur liquan
tibus ceris quas in
ſubſtantiam pꝛecio-
ſe huius lampadis
apis mater eduxit.


Bñdictio cerei paschalis
O vere beata nox que
expoliauit egyptios di
tauit hebreos. Nox in
qua terenis celestia iun
gūtur. Oram⁹ ergo te
domīe vt cereus iste in
honorē tui nomīs cōse
cratus ad noctis huius
caliginē destruendā in
deficiens ꝑseueret. In
odorē suauitatis acce
ptus supnis lumīarib⁹
misceatur. Flāmas ei⁹
lucifer matutinus in
ueniat Ille inq̄ lucifer
qui nescit occasū. Ille
BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE


Bn̄dictio cerei pas.
qui regressus ab īferis
humano generi serenꝰ
illuxit. Precamur er=
go te domine vt nos
famulos tuos omnēqꝫ
. clerum et deuotissimū
populum vna cū papa
nr̄o. N. atqꝫ pontifice
nostro N. Necnō ⁊ glo
riosissimo rege nr̄o. N
quiete tempoꝝ cōcessa
in his paschalibꝰ gau=
dijs cōseruare dignerꝭ
Per dn̄m nostrū iesuz
christū filiū tuuz. Qui
tecū viuit et regnat in



vnitate spūssancti de⁹ Per omia secula secu- lorū. Amen.

Bñdictio fontis i pascha.


Omnps sempiterne de⁹ adesto magne pietatis tue mysteriis adesto sacramentis. et ad recreandos nouos populos. quos tibi fōs baptismatis parturit: spiritū adoptionis emitte: vt quod nostre humilitatis gerēdum est mysterio: tue virtutis impleatur effectu. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit et reg. i vnit. spūssci. de⁹

Per omnia secula seculorum. Chorus. Amen Dominus vobiscū

Chorus. Et cū spiritu tuo. Sursum corda.

Chorus. Habemus ad dominū. Gratias agamus domino deo nr̄o.


Bñdictio fontis in pascha
Cho: Dignū ꝛ iustum
est. Uere dignū ꝛ iustū
est equum et salutare.
Nos tibi semp ꝛ vbiqꝫ
gratias agere: domīe
sancte pater omīpotēs
eterne deus. Qui īuisi
bili potentia sacramē
torum tuoꝝ mirabilit
operaris effectū ꝛ licet
nos tantis mysterijs
exequendis sim⁹ indi-
gni. Tu tamen gratie
tue dona nō deserens.
etiam ad nostras p̄ces
aures tue pietatis īcli-


Bñdictio fontiū
na. Deus cui⁹ spūs sup
aquas inter ipsa mūdi
primordia ferebat̄: vt
iam tūc virtutē scifica
tionis aquarū natura
cōciperet De⁹ qui nocē
tis mūdi crimina per a
quas abluēs regenera
tionis speciē in ipsa di=
luuij effusione signasti
vt vni⁹ eiusdēqȝ elemē
ti mysterio & finis es=
set vitijs & origo virtu
tib⁹. Respice domie in
faciē ecclesie tue & mul
tiplica in ea regenera=
b i




tiones tuas. qui gratie tue affluētis īpetu letificas ciuitatē tuā fontē q3 baptismat3 aperis toto orbe terrarū gentibus īnouandis vt tue maiestat3 īperio sumat vnigeniti tui grām de spiritu sctō.

Hic faciat sacerdos crucē in aquā dicens.

Qui hāc aquā regenerādis hoībus pparatā archana sui luis admixtiōe fecūdet. vt sctificatiōe cōcepta ab īmaculato diuini fōtis vtero ī nouā renata crea


turã ꝓgenies celestis e-
mergat Et quos aut se
xus ĩ corpe aut etas dis
cernit ĩ tẽpore: oẽs ĩ v-
nã pariat grã mr̃ infã-
tiã. Procul ergo hic iu-
bẽte te dñe omis spũs
ĩmund⁹ absced at ꝓcul
tota nequitia diaboli-
ce fraudis absistat. Ni
chil hic loci habeat con
trarie virtutis admi-
xtio nõ insidiando cir-
cunuolet / non latẽdo
subrepat/ nõ inficiẽdo
corrũpat. sit hec sctã ⁊ ĩ


nocẽs creatura libera
ab omĩ insidiatorꝫ in
cursu / ⁊ totius neq̃tie
purgata discessu. Sit
fo✠ ns viuus / aqua re
✠ generans. Unda✠
purificãs. Ut om̃s hoc
lauacro salutifero dilu
endi operãte in eis spi-
ritu sctõ pfecte purga=
tionis ĩdulgentiã cõse
quant. Unde bñdico
te creatura aque. Per
de✠ um viuũ. per de=
✠ um verũ. per de✠ ũ
sctm̃. Per deũ qui te in



pricipio verbo separa-
uit ab arida / cui⁹ spũs
sup te ferebatur qui te
de paradiso manare et
in quattuor flumibus
totã terrã rigare prece
Hic pciat aquã extra fõtes in modum crucis.
pit
Qui te ĩ deserto amarã
suauitate indita fecit
esse potabilẽ et sitienti
populo de petra produ
xit. Unde bñdico ✠ te
per iesũ xpm filiũ ei⁹ v-
nicũ dñm nrm q̃ te in
chana galilee signo ad
mirabili sua potẽtia cõ


uertit in vinū. Qui pe
dibus super te ambula
uit/ et a iohāne in iorda
ne in te baptizatus est:
Qui te vna cū sanguie
de latero suo produxit.
et discipulis suis iussit
vt credētes baptizarēt
in te dicens Ite docete
oīs gētes baptizātes
eos. In nomīe patris et.
filij et spiritus sancti:
Chorus Amen.
Hic mutat sacerdos vocem legendo et aspirans in aquam in modum crucis dicat.
Hec nobis precepta seruantib? tu de? omnipotens et clemēs adesto tu benign? aspira. Iterum aspiret in aquam vt prius dicens.



Hec nobis ꝑcepta seruantib⁹ tu de⁹ oīpotens ⁊ clemēs adesto: tu benign⁹ aspira. Postea dicat tercio aspirans vt prius. Hec nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens ⁊ clemens adesto: tu benign⁹ aspira Postea dicat noñ aspirans alta voce cantando.


Tu has siplices aquas tuo ore benedicito vt ꝑ ter naturalem emundatiōez q̄ lauādis pos sunt adhibere corpori bus sit etiam purificā dis mentibus efficaces

Hic ponat cereū in aquā ⁊ dicat ter. Descendat vsq;. Totāq; hui⁹.

Descendat in hāc plenitudinem fontis virtus spiritus tui.

Totamq; huius


aque ſubſtantiā rege-
nerādi fecūdet effectu
Hic omniū peccatoꝛuꝫ
macule deleātur. Hic
natura ad imaginē tu
am condita ⁊ ad hono
rem ſui refoꝛmata pꝛi-
cipij. cunctis vetuſta-
tis ſqualoꝛibus emun
detur. Ut omīs homo
hoc ſacramentū rege-
nerationis ingreſſus /
in vere īnocētie nouā
infantiā renaſcatur.
Per dominū noſtrum
ieſum chriſtū filiū tuū.



Qui venturus est iudi
care viuos et mortuos
et seculũ p ignẽ. Amen

¶ Tũc sacerdos faciat
stillare cereum ĩ aqua
ter in modũ crucis ⁊ di
cat. Sanctificetur et
fecundetur fons iste: In
nomie patris ✠ et filij
✠ et spirit9 ✠ sancti.
Amen. Postea ponat
in aqua de oleo sancto
in modũ crucis dicens
Coniunctio olei vn-
ctionis et aque baptis-
matis fiat. In nomie
patris et filij ⁊ spiritus
sancti amen. Item po
nat de crismate ĩ aqua
dicẽs. Cõiunctio cris-
matis sanctificatiõis ⁊
olei vnctionis et aque
baptismatis fiat. In
nomie patris et filij et
spiritus sancti. Amen.
Finita benedictione a
que et aqua aspersa re-
petatur vt supra.
Kyrieleson. Christe e-
leyson. Kyrieleyson.

¶ Sequit ordo ad ca-
thecuminũ faciendũ
ante fores ecclesie sup
puerum masculum.
Presbiter indutus su-
perpellicio cũ stola di-
cat. Que vous a dieu
donne. Respondet pa-
trinus. Ung filz. Pres-
biter. Que demande il
Respondet patrinus.
Baptesme. Presbiter.
Comment ara il nom
Respondet patrinus.
Pierre/ou. Jehan.
Tunc presbiter dicit.

Ecede diabole ab hac imagīe dei increpatus ab eo: et da locū spiritui sctō paraclito. Postea sacerdos petat nomen ei⁹. Et nominādo euz faciat crucē de pollice ī frontē ei⁹ sic dicendo.

Signū sancte crucis saluatoris dn̄i nostri iesu christi ✠ in frontem tuū pono. In noīe patris/ et filij/ et spūs sancti. Amen. Deinde faciat crucē in pectore eius cū pollice dicēs Signū sancte cruc3 saluatoris dn̄i nostri iesu xp̄i ✠ in pect⁹ tuū pono. In nomīe patris et filij et spiritus sancti. Amē Postea sacerdos tenēs manū super caput pueri dicat. Dominus vobiscum. Et cuz spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus pater domini nostri iesu christi respicere digneris super hunc famulū tuuz. N. quē ad rudimēta fidei vocare dignat⁹ es omnem cecitatē cordis ab eo expelle dirumpe oēs laqueos sathane quib⁹ fuerat alligatus. aperi ei domīe ianuam pietatis tue/ vt signo sapientie tue imbut⁹ omniū cupiditatum fetoribus careat/ et ad suauem odorē preceptorū tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat/ et proficiat de die in diez vt idone⁹ efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per euz qui vētur⁹ ē iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Oremus.

Preces nostras que⸗sumus domine cle⸗menter exaudi: et hunc electum tuum. N. Faciat presbiter signum crucis cum pollice i fro te pueri. Crucis domi⸗nice cuius impressione eum signanus tua vir⸗tute ✠ custodi: ut ma⸗gnitudinis glorie rudi⸗menta seruans per cu⸗stodiam mandatorū tuorum ad noue rege⸗nerationis gloriam p⸗uenire mereatur. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mor⸗tuos et seculū per ignē. Amen. Orem⁹.

Deus qui humani generis ita es cō⸗ditor. ut sis etiaz refor⸗mator. propiciare po⸗pulis adoptiuis / et no⸗uo testamento sobolez noue prolis ascribe: ut filij promissiōis quod non potuerūt assequi per naturaz: gaudeāt se recepisse per gratiā. Per christum dn̄m no⸗strum. Amen.

¶ Bn̄dictio salis. nec dicitur. Oremus

Exorcizo te creatu⸗ra salis: in nomie dei patris ✠ omnipo⸗tentis. et in caritate do⸗mini nostri ✠ iesu chri⸗sti. et in virtute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per deum ✠ viuū. per deum ✠ verum. per de⸗um ✠ sanctū. Per deū qui te ad tutelā huma⸗ni generis procreauit. et populo venienti ad credulitatem per ser⸗uos suos consecrari p̄⸗cepit. Ut in nomine sā⸗cte trinitatis efficiaris salutare sacramentuz ad effugandum inimi⸗cum. Proinde rogam⁹

te dñe de⁹ noster vt hãc craturã salis sanctifi-cando ✠ sanctifices. benedicẽdo ✠ benedi-cas. vt fiat omĩbus ac cipientib⁹ perfecta me dicina permanẽs in vi sceribus eorũ. In noĩe eiusdez dñi nostri iesu christi. Qui ventur⁹ est iudicare viuos & mor-tuos et seculũ per ignẽ Amẽ. Tũc aspergatur sal aqua bñdicta. Postea interrogãs nomẽ ĩ-fantis ponat de sale in ore eius dicẽs. Accipe sal sapiẽtie: vt sit tibi ꝓ piciatus dñs in vitã e-ternã. Amẽ. Dñs vo-biscũ. Et cũ spiritu tuo

Oremus.

Deus patrũ nostro rũ deus vniuerse cõditor creature te sup plices exoram⁹: vt hũc famulũ tuũ. N. respice re digneris propici⁹ vt hoc primũ pabulũ sal' gustãtem non diutius esurire permittas. quo min⁹ cibo repleatur ce lesti: quatenus sit sem-per dñe spiritu feruẽs: spe gaudẽs / tuo semꝑ nomĩ seruiẽs: & perduc eũ ad noue regenerati onis lauacruz: vt cũ fi delibus tuis promissio num tuarũ eterna pre mia cõsequi mereatur Per christũ dominum nostrũ. Amẽ. Orem⁹.

Deus abraham / de us isaac / & de⁹ ia-cob. deus qui moysi fa-mulo tuo ĩ mõte synai apparuisti. & filios isra el de terra egypti edu-xisti. deputãs eis ange lum pietatꝫ tue qui cu-stodiret eos die ac no-cte te queso domĩe / vt mittere digneris san-ctum angelum tuum: qui similiter custodiat

& hunc famulum tuuz N. & perducat eum ad grãm baptismi tui. per christũ do. sine. Orem⁹

Ergo maledicte diabole recognosce sententiã tuã / & da honorẽ deo viuo & vero: da honorẽ iesu christo filio ei⁹ & spiritui sãcto: et recede ab hoc famulo dei N. qa istũ sibi deus & dñs noster iesus christus ad suã sanctaz grãm & bñdictionẽ fõtemq3 baptismatis dono sue pietatis vocare dignat⁹ est. ¶ Hic faciat crucẽ in frontẽ infãtis cũ pollice dextro.

Et hoc signũ scẽ cruc⁊ quod nos fronti ei⁹ damus / tu maledicte diabole nũq̃ audeas violare. Per eũdẽ christuz dñm nostrũ Am̃. Ore⁹

Deus imortale psidiũ oĩm postulantiũ liberatio supplicuz pax rogantiũ vita credẽtiũ / resurrectio mortuor: te inuoco dñe super hũc famulũ tuũ N qui baptismi tui donũ petens eternã cõsequi gratiaz spiritali regeneratione desiderat.

Accipe eũ dñe et q̃a dignat⁹ es dicere / petite & accipietis / querite et iuenietis / pulsate & aperietur vobis: petẽti itaq3 premiũ porrige & ianuã pande pulsanti vt eternã celestis lauacri bñdictionẽ consecutus / pmissa tui muneris regna pcipiat. Per xpm dñm. Ergo maledicte diabole. vt supra.

Audi maledicte sathana adiurat⁹ p nomẽ eterni dei et saluatoris nostri iesu christi filij ei⁹ cũ tua victus inuidia tremẽs gemẽsq3

discede: nichil tibi sit ꝯmune cũ seruo dei. N. iã celestia cogitanti renũciaturo tibi ac seculo tuo. ⁊ beate imortalitati victuro. Da igitur honorẽ deo viuo et vero: da honorẽ aduenıẽti spiritui sãcto qui ex sũma celi arce descẽdens perturbatis fraudibus tuis diuino fõte purgatũ pectus: idest sctificatũ deo tẽplũ/ ⁊ habitaculũ pficiat: vt ab oibus penitus noxiis preteritoꝝ criminũ liberat⁹: hic seruus dei factus grãs perenni deo referat semp/ ⁊ benedicat nomẽ eius sanctũ i secula seculoꝝ. Amen.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiã tuã/ ⁊ da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorẽ iesu christo filio ei⁹ ⁊ spiritui sãcto: et recede ab hoc famulo dei N. q̃a istũ sibi deus ⁊ dñs noster iesus christus ad suã sanctã grãm et bñdictionem fõtemq́ʒ baptismatis dono gratie vocare dignatus est. ¶ Hic faciat crucẽ in frontẽ infãtis cũ pollice dextro.

Et hoc signũ sctẽ cruciſ quod nos fronti ei⁹ damus/ tu maledicte diabole nũq̃ audeas violare. Per eũdẽ christuʒ dñm nostrum. Amen. Deinde fit exorcismus sine. Domin⁹ vobiscũ. et sine oremus.

Exorcizo te spiritus immunde. In noĩe ✠ patris ⁊ fi✠lij/ ⁊ spiritus ✠ sancti vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. N. ipse enĩ tibi ĩperat maledicte dãnate qui pedibus sup mare ambulauit/ ⁊ petro

mergenti dexterā porrexit.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiā tuā/ et da honorē deo viuo et vero/ da honorez iesu christo filio eius et spiritui sācto et recede ab hoc famulo dei. N. quia istuz sibi de⁹ et dn̄s noster iesus christus ad suā sanctā grāz/ et bn̄dictionē fontemq; baptismatis dono sue pietatis vocare dignat⁹ ē. Hic faciat crucē in frontē īfantis cū pollice dextro. Et hoc signū scte͂ crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare Per christū dominum nostrum. Amen.

Oratio

Eternam ac iustissimā pietatē tuam deprecor dn̄e sācte pater oīpotēs eterne de⁹ auctor luminis et veritatis: super hunc famulū tuū. N. vt digneris eū illuminare lumie itelligentie tue. mūda eū et sāctifica. Da ei scientiaz verā vt dignus efficiatur accedere ad gratiā baptismi tui. teneat firmā spem cōsilium rectū/ doctrinā sāctam. vt aptus sit ad percipiendū gratiam baptismi tui. Per christū dn̄m nostrum. Amen.

Dicat sacerdos hanc orationem tenens manum supra infantem cum patrinis.

Nec te latet sathana imminere tibi tormenta. imminere tibi diem iudicii/ diem supplicii sempiterni/ diē qui venturus est velut cliban⁹ ardens/ in

quo tibi atq̃ vniuersis angelis tuis etern⁹ superueniet īterit⁹. Proinde dānate atq̃ dam nande. da honorē deo viuo & vero. da honorē iesu xp̄o filio eius & spiritui sctō. In cui⁹ noīe atq̃ virtute p̄cipio tibi quicūq̃ es spūs īmunde / vt exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. quē hodie idē de⁹ & dn̄s noster iesus xp̄s ad suā sanctā gratiā & benedictionē. fontēq̃ baptismatis dono gratie vocare dignat⁹ est / vt fiat ei⁹ templū per aquā regeneratiōis ī remissionē oīm pctōrū. In noīe eiusdē dn̄i nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare &c.

¶ Tūc mittat sacerdos de saliua sua cū pollice in dexterā aurē infantis dicēs. Effeta qd̄ est adaperire. Similiter in nares dicēs. In odorē suauitatis. Deinde in sinistrā aurē dicēdo Tu autē effugare diabole appropīquabit eīi iudiciū dei. In noīe patris & filij & spūs sancti Amē. Hic sacerdos debet dicē patrinis & matrinis vt dicāt. Pater noster. Aue maria Credo in deū. Credo in spiritū. Deinde sumat sacerdos puerū per pannos & mittat in eccliaz dicēdo. Ingredere ī tēplū dn̄i vt habeas vitā eternā & viuas in secula sclo̊rū amē. Tunc tenēt patrini infantē supra fontes & īterroget sacerdos nomē eius dicēs. Quomodo vocarī Rn̄dent patrini. N. Tūc dicat sacerdos. Abrenūcias sathane? Rn̄dent. Abrenuncio.

Et omib⁹ pompis ei⁹ ℞. Ab renũcio. Et oibus opib⁹ ei⁹? ℞ Abrenũ. Tũc liniat sacdos de oleo sctõ i modũ crucis infantē in pectore: cũ baculo qui est in vase. et iter scapulas dicēs Et ego linio te oleo salutis i christo iesu dño nostro in vitã eternã et viuas i scl'a sclo2ũ am̃. Interroget sacerdos de noie ifãtis et post dicat. N. credis in deum patrē oipotentē creatorē celi et terre? Rñdet patrini. Credo. Sacerdos. Credis in iesũ xp̃m filiũ eius vnicũ dominũ nr̃m natũ et passũ? Rñdent patrini. Credo. Sacerdos. Credis et in spiritũ sanctũ sanctã ecclesiã catholicam. sãctorũ cõmunionē remissionē pctõrũ. carnis resurrectionē et vitam eternã post mortē? ℞. Credo. Sacerdos querito noie infãtis N dicit. Quid petis? Rñdent. Baptismũ. Sacerdos. Uis baptizari? ℞. Uolo. Hic debet sacerdos iterrogare mulieres si infãs fuerit vndatus aut nõ. Et tunc si fuerit vndat⁹ sub cõdictiõe baptizet. Abluat ergo eũ semel vl' ter dicēs verba q̃ sequũtur Si tu es baptizat⁹ ego nõ te baptizo: si nõdũ es baptizat⁹. ego baptizo te: in nomie patris et filij et spũs sancti am̃. Si aũt nõ fuerit vndatus dicat. Et ego baptizo te in noie patris et filij et spũs sancti am̃. Postea dicat. Oremus

Deus omipotēs pater dñi nostri iesu christi qui te regenerauit ex aqua et spũ sãcto

quicq dedit tibi remissi
onē oim peccatorū tu-
orū. Hic vngat sacdos
puerū de crismate cuz
baculo in vertice eius
dicens. Ipse te liniat
crismate salutis in chri
sto iesu dño nostro i vi-
tam eternā amē. Tūc
vestiat eū sacerdos ve-
ste alba. quesito nomi-
ne pueri. N. dicit.

Accipe vestē candi-
dam sanctā & ima
culatā quā perferas ā-
te tribunal dñi nostri
iesu christi / vt habeas
vitā eternā: & viuas in
secula seculorū. amen.
Postea sacerdos pōat
candelā ardentē i dex-
tra manu infantis. qsi
to noie pueri. N. dicit.

Accipe lampadē ar
dentem & irrepre
hensibilem. custodi ba
ptismū tuū. vt cuz dñs
ad nuptias venerit /
possis ei occurrere vna
cum omnibus sanctis &
electis i aula celesti / vt
habeas vitā eternā. et
viuas in secula seculo-
rum amē. Postea eant
ad altare & dicat sacer-
dos euāgeliū beati io-
hānis euangeliste sup
puerū. Dñs vobiscum
Et cū spiritu tuo. Ini-
tiū sancti euangelij se-
cundū iohānē. Gloria
tibi domine.

In principio erat v
bum. Et verbū e-
rat apud deū: & deus erat
verbū. Hoc erat in pri-
cipio: apud deū. Omia
per ipsū facta sūt: et si-
ne ipso factū est nichil:
Quod factū est in ipso
vita erat. Et vita erat
lux hoim: & lux in tene-
bris lucet & tenebre eaz
non cōprehenderunt.
Fuit homo missus a deo
cui nomē erat iohānes

Hic venit ĩtestimoniũ vt testimoniũ perhibe ret de lumĩe vt oẽs cre- derent per illũ. Nõ e- rat ille lux: sed vt testi- moniũ phiberet de lu- mine. Erat lux vera q̃ illumĩat omnẽ hoĩem venietem in hunc mũ- dũ. In mundo erat. et mund⁹ per ipsũ factus ẽ: et mũd⁹ eũ nõ cogno- uit. In propria venit: et sui eũ non receperũt. Quotquot aũt recepe- runt eũ: dedit eis pote- statem filios dei fieri. his qui credunt in no- mĩe eius. Qui nõ ex sã- guinibus. neq3 ex volũ tate carnis. neq3 ex vo- luntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbũ ca ro factũ est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a pa- tre plenum gratie et ve ritatis. Deo gratias. ã Te inuocam⁹ / te ado- ramus / te laudam⁹ / te glorificamus O beata et gloriosa trinitas. ℣. Sit nomẽ dñi benedi- ctũ. ℟. Ex hoc nũc et vs q3 in seculũ. Orem⁹.

Protector in te spe rantium deus / si ne quo nichil est vali- dum nichil sãctũ mul- tiplica super nos mise- ricordiam tuam / vt te rectore te duce sic tran seamus per bona tem- poralia vt non amitta mus eterna. Per dñm nostrum iesũ christũ fi- lium tuũ. Qui tecũ vi- uit et reg. in vnitate etc

Benedictio dei patris omnipotentis et filij et spiritus sancti descen- dat super te: et maneat semper tecum. In no- mine patris / et filij / et spiritus sancti Amen.

Vous parrains ꝛ marraines ie vo⁹ ēcharge q̄ vo⁹ diez au pere et a la mere de cest enfant q̄lz le gardent de feu et de eaue ꝛ de tout peril iusques a sept ans/et que ilz lui facent apꝛendꝛe Pater noster. Aue maria. ꝛ sa creance ou que vous lui facez apꝛēdꝛe Je vo⁹ encharge ꝛ mē descharge.

Modus administrādi baptismi sacramentū feminis. Idem faciēdū est sicut de masculis: tamē ī exoꝛcizāndo ꝛ cathecizando quedā orōnes mutant̄. Et ideo rōne diuersitatis ꝛ securitatis hic sequit̄ alius mod⁹ pꝛesbitero existēte ante poꝛtā vt̄s dictū est de masculis/ patrin⁹ teneat feminā Et pꝛesbiter dicat.

Que vous a dieu dōne ℟. patrin⁹. Une fille. Pbr̄. Que demāde elle ℟. Baptesme. Pbr̄. cōment ara elle nom: ℟ Jehanne ou perrete.

Tūc p̄sbiter dicat.

Recede diabole ab hac imagine dei īcrepatus ab eo ꝛ da locū spiritui sc̄tō. Postea faciat cū pollice crucē in frontē eius vocās ex noīe ei⁹ dicens. N. Signū sc̄tē crucis dn̄i noſtri iesu chꝛisti ✠ in frōtem tuū pono In noīe patris ꝛc̄. Similiter supꝛa pect⁹ dicēs Signū sācte crucis saluatoꝛis dn̄i nostri iesu xp̄i ✠ in pect⁹ tuū pono. In nomīe patris ꝛc̄. Deinde ponat manum sup caput infantis dicens.

Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oꝛem⁹

Omnipotens sempiterne

de⁹: pater dñi nostri ie su xpi respicere dignare sup hanc famulã tuam. N. quã ad rudimẽta fidei vocare dignatus es. omnẽ cecitatez cordis ab ea expelle: dirumpe oẽs laqueos sathane quib⁹ fuerit alligata. Aperi ei dñe ianuã pietatis tue. vt signo sapiẽtie tue imbuta oĩm cupiditatũ fetoribus careat: ꝛ ad suauem odorẽ pceptorum tuorum/leta tibi in ecclesia tua deseruiat/ et pficiat de die in diẽ. vt idonea efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui pcepta medicina. Per eundẽ christuz dñm nostrũ Am. Ore⁹

Preces nostras q̃su mus dñe clementer exaudi: ꝛ hãc electã tuam. N Hic fiat crux in frontẽ cũ pollice dextro. crucis dñice ✠ cuius impssione eã signamus virtute custodi/ vt magnitudinis glie tue rudimẽta seruans per custodiã mandatorum tuoꝝ ad noue regenerationis gloriã puenire mereatur. Per xpm dñm nostrũ. Am.

Deus qui hu (Ore⁹ mani generis ita es coditor vt sis etiã reformator ppiciare populis adoptiuis/ꝛ nouo testamento sobolez noue prolis ascribe: vt filij pmissiõis quod nõ potuerunt assequi per naturam: gaudeant se recepisse per gratiam. Per christum dominũ nostrum. Amen.

Exorcismus salis sine.

Oremus Adiutorium nostrũ in nomie domini. Qui fecit celum et terram

Exorcizo te creatura salis in nomie dei patris ✠ omipotentis et in caritate dñi nostri ✠ iesu xpi. et in virtute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te p deũ ✠ viuũ per deũ ✠ verũ. per deum ✠ sanctũ: Per deũ qui te ad tutelã humani generis procreauit: populo venienti ad credulitatẽ per seruos suos consecrari precepit. Ut in nomie sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentũ ad effugandũ inimicũ Proinde rogamꝰ te dñe deus noster vt hanc creaturam salis sanctificãdo ✠ sanctifices. benedicendo ✠ benedicas. vt fiat omibus accipiẽtibus perfecta medicina permanẽs in visceribus eorũ. In nomie eiusdez dñi nostri iesu xpi. qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculũ p ignẽ. amẽ

Tũc aspergatur sal aqua benedicta / postea interrogans nomẽ infantis ponat de sale in ore eius dicens. N Accipe sal sapientie vt sit tibi propiciatus dñs in vitam eternã. Amen.

Dñs vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Oremꝰ.

Deus patrũ nostrorũ deus vniuerse cõditor creature te supplices exoramꝰ: vt hãc famulam tuã. N respicere digneris propitiꝰ vt hoc primũ pabuluz salis gustantem nõ diucius esurire pmittas. quominus cibo repleatur celesti quatinus sit semper domine spiritu feruens / spe gaudẽs / tuo semper nomini seruiens: et perduc eaz ad

noue regeneratiōis la
uacrum: vt cum fideli
bus tuis promissionuz
tuarū eterna pmia cō-
sequi mereatur. Per
christum dominū no-
strum. Amen.

Ergo maledicte di/
abole recognosce
sentenciam tuā/ et da
honorē deo viuo et vero
da honorez iesu christo
filio eius et spiritui sctō
et recede ab hac famula
dei. N. quia istam sibi
deus et dn̄s noster iesus
xpūs ad suam sanctaz
gratiam et bn̄dictionē:
fontēq3 baptismat9 do
no grē vocare dignat9
est. Hic faciat crucē in
frontē infantis cū pol-
lice dextro. Et hoc si-
gnum sacte crucis qd
nos fronti eius dam9/
tu maledicte diabole
nunq̄ audeas violare
Per christum dominū
nostrum. Amen.

Deus celi deus ter/
re deus angelorū
deus archangelorū de
us patriarcharū de9 p
phetarū deus apostolo
rum. deus martyrū de
us cōfessorū / de9 virgi
num deus oīm bene vi
uentiū: deus cui omīs
lingua cōfitetur/ et oē
genu flectitur: celestiū
terrestriū/ et infernorū
te inuoco dn̄e sup hanc
famulā tuā. N. vt per-
ducere eā digneris ad
gratiam baptismi tui.
Per christum dominū
nostrum. Amen.

rgo maledicte di-
abole recognosce
sentenciam tuam: et da
honorem deo viuo et ve
ro/ da honorē iesu chri
sto filio eius et spiritui
sctō et recede ab hac fa
mula dei. N q2 istā sibi

deus ⁊ dñs noster iesus christus ad suã sanctaꝫ gratiã / ⁊ benedictionẽ fontẽqꝫ baptismatꝭ dono grẽe vocare dignatꝰ est. Hic faciat crucẽ in frontẽ infantis cũ pollice dextro. ⁊ hoc signũ ✠ sãcte crucꝭ quod nos fronti eius damus: tu maledicte diabole nũqꝫ audeas violare. Per eundẽ christũ dominũ nostrũ. Amen.

Deus abrahã / deus isaac / deus iacob deus qui tribꝰ israel de egyptia seruitute liberasti. per moysẽ famulũ tuũ de custodia mãdatorũ tuoꝝ ĩ deserto monuisti. ⁊ susannam de falso crimine liberasti. te suplex depcor domine vt liberes ⁊ hanc famulam tuã. N. ⁊ perducere eã digneris ad gratiã baptismi tui.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiã tuã / ⁊ da honorẽ deo viuo et vero da honorẽ iesu christo filio eius ⁊ spiritui sctõ ⁊ recede ab hac famula dei. N. quia istã sibi deus ⁊ dñs noster iesꝰ xp̃s ad suã sanctã gratiã et bñdictionem fontẽqꝫ baptismatis dono gratie vocare dignatus ẽ. Hic faciat crucẽ in frõtem infantꝭ cũ pollice dextro. et hoc signũ ✠ sancte crucis quod nos fronti eiꝰ damꝰ: tu maledicte diabole nunqꝫ audeas violare. Per christũ dñm nr̃m. amẽ.

Exorcizo te ĩmũde spũs per patrẽ ✠ et fili ✠ um ⁊ spiri ✠ tũ sanctũ: vt exeas ⁊ recedas ab hac famula dei. N. ipse ei tibi imperat maledicte dãnate / qui

ceco nato oculos ape-
ruit. & quatriduanū la
zarum de monumen-
to suscitauit.

Ergo maledicte di-
abole recognosce
sententiā tuā: & da ho-
norē deo viuo & vero.
da honore iesu christo
filio eius & spiritui san
cto / & recede ab hac fa-
mula dei. N. quia istā
sibi deus & domin⁹ no-
ster iesus christ⁹. ad suā
sanctā gratiā & benedi
ctionē fontēq; baptis-
matis dono gratie vo-
care dignatus est. Hic
faciat crucē in frontē i
fantis. & hoc signū san
cte crucis ✠ quod nos
fronti eius damus / tu
maledicte diabole nū-
q̄ audeas violare. Per
christum dominū no-
strum. Amen

Eternam ac iustissi
mā pietatē tuam
deprecor dñe sācte pa-
ter omnīps eterne de⁹ au
ctor luminis & veritat
respice sup hanc famu
lā tuā. N. vt digneris
eā illuminare lumie i-
telligentie tue. mūda
eā & sāctifica: da ei sciē-
tiam verā vt digna effi
ciat accedere ad grām
baptismi tui. Teneat
firmā spē ꝯsiliū rectū:
doctrinā sanctā / vt a-
pta sit ad percipiendū
gratiam baptismi tui.
Per xp̄m dñm nostrū.
Amen. Deinde dicat
sacerdos hanc oratio-
nē tenēs manū supra i
fantem cū patrinis.

Nec te latet satha-
na iminere tibi
penas / imminere tibi
tormenta / iminere ti-
bi diem iudicij / diē sup
plicij sempiterni / dieꝫ
qui venturus est velut
clibanus ardens: i quo

tibi atq; vniuersis angelis tuis eternus supueniet interitus. Pro oi de dānate atq; dānande da honorē deo viuo et vero: da honorē iesu xpo filio eius & spūi sancto paraclyto in cuius noie atq; virtute preci pio tibi quicūq; es spiritus imunde vt exeas & recedas ab hac famula dei. N quā hodie idē deus & dns noster iesus xpūs ad suā sanctā gratiam & benedictionem fontemq; baptismatis dono gratie vocare dignatus est vt fiat eius templū per aquā regenerationis in remissionem omniū peccatorū

In nomie eiusdē dni nostri iesu christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos et seculum per ignē. Amen Hic sumat sacerdos de sputo suo & ponat i aurem dextram pueri dicens: N. Effeta quod est adaperire. Deinde ad nares In odorē suauitatis. Deinde ad sinistram aurē dicēdo. Tu autem effugare diabole appropinquabit ei iudiciū dei. In nomie patris & filii & spiritus sācti amen. Hic sacerdos debet dicere patrinis & matrinis vt dicāt. Pater noster. Aue maria. Credo in deū. Credo i spm. Deinde sumat sacerdos puerū per pannos & mittat in ecclesiā dicendo. Ingredere tēplum dni vt habeas vitam eternā et viuas in secula seculorū. Amen Tunc tenent patrini infantem supra fontes & iterroget sacerdos nomen ei⁹ dicens. Quomodo vocaris? Rñdēt

patrini. N. Tūc dicat sacerdos. Abrenūcias sathane? R. Abrenuncio. Sacerdos. Et omibus pompis ei? R. Abrenūcio. Sacdos. Et oībus operibus ei?. R Abrenūcio Tūc liniat sacerdos de oleo sācto in modū crucis infantem in pectore cū baculo qui est in vase/ et iter scapulas dicēs. N. et ego linio te oleo salutis in xpo iesu dño nostro in vitam eternā / et viuas in secula seculorū. amen. Interroget sacerdos de nomie infā/tis et post dicat. N. Credis in deū patrē oīpotētem creatorē celi et tre. Rñdent patrini. Credo. Sacerdos. Credis et in iesū xpm filiū eius vnicū dñm nostrū natum et passū? R Credo Sacdos. Credis et i spiritū sanctū sctām ecclesiā catholicā sanctorū cōmunionē / remissionē peccatorū. carnis resurrectionē/ et vitā eternam post mortē? Rñdent. Credo. Sacdos. Quid petis? R. Baptismū. Sacerdos. Uis baptizari? R. Uolo. Hic debet sacerdos interrogare mulieres si infās fuerit vndatus aut nō Et tunc si fuerit vndatus infundat sacerdos ter de aqua sup caput eius dicens. N. Si tu es baptizata ego nō te baptizo. Si nondum es baptizata. ego baptizo te in nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Si autem non fuerit vndata dicat.

N. Et ego baptizo te ī nomine patris/ et filij/ et spiritus sancti. Amē

Oremus.

Deus omīpotēs pater domini nostri iesu xp̄i qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto quiqꝫ dedit tibi remissionem oīm pctō rū tuorū. Hic vngat sacerdos puer͞ de crisma te in vertice. Ipse te liniat crismate salutis ī christo iesu dn̄o nostro in vitam eternā. Am̄. Tūc vestiat eū sacdos veste alba dicens. quesito nomie infantis.

Accipe vestē candidam sanctā et īmaculatam quā perferas ante tribunal domini nostri iesu christi: vt habeas vitam eternam. et viuas in secula seculorū amen. Postea ponat sacerdos cādelam ardentē in dextra manu infantis et dicat.

Accipe lampadē ardentē et irreprehēsibilem. custodi baptismum tuū: vt cū dominus ad nuptias venerit: possis ei occurrere vna cum sanctis et electis ī aula celesti vt habeas vitā eternam. et viuas in selula seculorum. amen. Postea deferat infans sup altare/ et ibi dicat sacdos euangeliū. In prīcipio Et totum residuum vt superius de masculis. Nota q̄ possunt baptizari plures masculi simul vl' etiam plures femine: vtendo verbis ī plurali numero. Non autem masculus cum femina/ nisi ī extrema necessitate. Et tunc tā tum diceretur. Ego baptizo vos. In nomine patris/ et filij / et spirit⁹ sancti. amen. Dimissis alijs quibuscunqꝫ.

¶ Incipit ordo ad spō
sam bñdicendā: cū ve-
nerint ad valuas eccle
sie sponsus & sponsa ve
niens sacerdos alba et
stola & manipulo orna
tus anulū argenteū su
per scutū positū bene-
dicat dicens.

Manda de⁹ virtuti
tue ↄfirma hoc de-
us qđ operatus es ī no
bis a templo tuo quod
est in hierusalē: tibi of-
ferent reges munera.
Increpa feras arūdis
congregatio thauroꝝ
in vaccis pploꝝ: vt ex-
cludant eos qui proba
ti sūt argento. Glīa pa
tri & filio & spūi sctō Si
cut erat in principio et
nunc & semp & in secula
seculorū amē. Kyri el.
xpe eleyson. Kyri eley
son. Pat nr̄. Et ne nos
inducas in ten. Sed li-
bera. Saluū fac seruū
tuū & ancillā tuā. De⁹
me⁹ sperātes in te. Mit
te eis dñe auxiliū de sā
cto. Et de syon tuere e-
os. Dñe exaudi oratio-
nē meā. Et clamor me
us ad te veniat. Dñs
vobiscū. Et cū spū tuo
Creator & cō Ore⁹
seruator humani
generis dator grē spiri
talis largitor eterne sa
lutis: tu dñe emitte spi
ritū sāctū tuū paracly
tū sup hūc anuluz vt q̄
illū gestauerit sit arma
ta virtute celestis defē
sionis et pficiat illi ad
eternā salutē. Per xp̄z.
Tūc aspergat aqua be
nedicta & thurificetur
sponsus & sponsa Quo
facto sacerdos dicat.
Bonnes gēs no⁹ auōs
faitz les bans troisfois
de ces deux gens / & en-
cores les faisons nous
que sil ya aucun ou au

cune qui sache empes-
chemēt / parquoy lun
ne puisse auoir lautre
par loy de mariage si
le dye. Tūc respondēt
assistētes Nous ny sa-
uons que biē. Quo au-
dito accipiat sacerdos
manu dextram sponse
& ponat in dextra ma-
nu sponsi & dicat ista v-
ba noiando eos Vous
marie / & vo⁹ iehan vo⁹
promettez fiancez & iu
rez lun lautre a gardez
la foy et la loyaute de
mariage / & garder lun
lautre sain & malade a
to⁹ les iours de vostre
vie: sicōme dieu la esta
bly. lescripture le tes-
moigne. & saincte egli-
se le garde. Tūc sacer-
dos tradat anulū spō-
so / sponsus autem per
manū sacerdotis p̄rio
ponit in pollice sponse
post p̄sbiterum dicens
ista verba. Marie de
cest anel te espouse. et
de mon corps te hono-
re. & te doue du douai-
re qui a este diuise ētre
mes amys & les tiens.
In noīe patris. Secū-
do i indice dicēs. & filij.
Tercio in medio dicēs
& spiritus sācti amen.
Ibiq̄ remaneat anu-
lus Postea sacerdos ex
tēsa manu super illos
dicat orōnes sequētes.
Dn̄s vobiscū. Et cum
spiritu tuo. Oremus
Deus abrahā / deus
isaac / & de⁹ iacob
ipse vos cōiungat im-
pleatq̄ benedictionez
suā i vobis. Per. Ore⁹
Respice dn̄e super
hanc conuentio-
nē tuā: & sicut misisti ā-
gelum tuū raphaelem
pacificum thobie & sar
re filie raguelis ita mit
tere digneris dn̄e tuaz

bn̄dictionē ✠ sup hunc famulū tuū ꝛ famulā tuā vt in tua volūtate pmaneant ꝛ senescant ꝛ multiplicent̄ in lōgitudinē dierū. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amen.

Tunc sacerdos tenens sponsū per manū dextram ꝛ sponsā per sinistrā itroducat eos i ecclesiam ꝛ signet eos signo sctē crucis dicens.

In nomīe patris ✠ et filij ꝛ spūs sancti. Amē

Deinde celebrat̄ missa

Benedicta sit sācta trinitas atq̧ indiuisa vnitas ꝯfitebimur ei q2 fecit nobiscū misericordiam suā. ps. Bn̄dicam⁹ patrē et filiū cū sancto spū. Glīa patri. Kyri el. Gloria in excelsis. Orō

Omp̄s sempitne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis glīam agnoscere ꝛ in potētia maiestatis adorare vnitatē q̄s vt eiusdē fidei firmitate ab omib⁹ semp muniamur aduersis. Nō dicitur. Per dn̄m no.

Alia oratio.

Exaudi nos omp̄s ꝛ misericors deus vt quod nr̄o ministrat̄ officio / tua bn̄dictiōe potius impleatur. Per dn̄m nostrū iesū xp̄m ꝛc.

Lectio ep̄le btī pauli apostoli ad corīthios .i.

Fratres. Nesci (vi. tis qm̄ corpora vestra membra sunt christi. Tollens ergo membra christi: faciam mē/bra meretricis? Absit. An nescit̄ quoniā qui adheret meretrici vnū corpus efficit̄. Erūt eī inq̄t duo i carne vna.

Qui aūt adheret dño: vnus spūs est cū eo Fugite fornicationē. Om̄e eni pctm̄ quodcūqꝫ fecerit homo: extra corpus est. Qui aūt fornicatur. in corpus suum peccat. An nescitis qm̄ mēbra vestra templuz sūt spiritus scti: qui in vobis est/ quē habetꝭ a deo ⁊ non estis vestri? Empti eni estis precio magno. Glorificate et portate deū: i corpe vestro. ℟. Bn̄dictus es dn̄e qui intueris abyssos ⁊ sedes sup cherubī ℣ Bn̄dicite deuz celi/ quia fecit nobiscū misericordiā suā. A llā. ℣ Bn̄dict⁹ es dn̄e de⁹ patrū nostroꝝ: ⁊ laudabilis in secula. Alleluia.

Nota qꝫ si fuerit inter octabas pasche ⁊ rogationes nō dicit. ℟. sed duplex. Alleluia. ⁊ primū. Allā. erit. Bn̄dictus vcs. Secundū ho erit de resurrectiōe scilicet istud sequēs A llā ℣. In die resurrectiōis mee dicit dn̄s p̄cedam vos in galileam.

Secundum Marcū x

In illo tpe Exurgēs iesus venit i fines iudee vltra iordanem Et cōueniūt iterū turbe ad eum: ⁊ sicut cōsueuerat iteruz docebat illos Et accedētes pharisei interrogabāt euz Si licet viro vxorē dimittere: tentātes eū? At ille respondēs dixit eis. Quid vobis p̄cepit moyses? Qui dixerūt. Moyses pmisit libellū repudij scribere: et dimittere. Quib⁹ respōdēs iesus ait. Ad duriciam cordis vestri scripsit vobis p̄ceptū istud Ab initio aūt creature

masculū et feminā fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrē suū et matrē: et adherebit ad vxorē suā. et erūt duo in carne vna. Jta q̄ iā nō sūt duo: sed vna caro Quod ergo deus cōiunxit homo non separet Credo in vnū deū Offer. Benedictus sit deus pater vnigenitusq̄ dei filius sanctus quoq̄ spūs. quia fecit nobiscū miam suam

In tpe paschali dicit i fine Alla alla Secreta

Sanctifica q̄s dn̄e per sancti nomis tui inuocationē huius oblationis hostiā et per eā nosmetipsos tibi pfice munus oblatum:

Alia secreta

Suscipe q̄s dn̄e pro sancta cōnubij lege mun⁹ oblatū et cui⁹ largitor es operis esto dispositor. Per dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. Qui etc. Prefatio.

Eterne de⁹. Qui federa nuptiarū blādo concordie iugo et īsolubili pacis vinculo nexuisti vt multiplicandis adoptionū filijs sctōrū cōnubiorū fecūditas pu-



dica seruaretur. Tua
eni domīe prouidētia
tua grati a īeffabilibus
modis vtrūqz dispēsas
vt quod generatio ad
mundi edidit ornatuz
regeneratio ad eccl'ie p
ducat augmētū. Et id.

Anteq̄ dicatur Pax dn̄i spōsus et spōsa prostrati ante altare pallio cooperiant. Sed sacdos vero versa facie manuqz sup eos extēsa dicat legendo hanc orōnē sequentē sine. Dn̄s vobiscum. Oremus.

Propitiare dn̄e supplicationib⁹ n̄ris et institutis tuis quib⁹ ppagationez humani generis ordinasti benignus assiste vt quod te auctore iungitur te auxiliante seruetur. Per dn̄m nostrū iesū xp̄m filiū tuuz qui tecū viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus.


Per omīa secula seculorum. Amē. Dn̄s vo-


biscũ Et cũ spiritu tuo
Sursum corda. Habe
mus ad dominũ. Gra
tias agamus domino
deo nostro. Dignũ et
iustũ est. Vere dignuz
et iustũ est equũ et sa-
lutare. Nos tibi semp
et vbiq3 gratias age-
re domĩe sãcte pater
omĩps eterne deꝰ. Qui
ptãte v̄tutis tue de ni-
chilo cũcta fecisti. q̃ dis
positꝰ vniuersitatꝰ exor
dijs hoĩ ad imaginẽ dĩ
facto ideo iseparabĩle mu


lieris adiutoꝛiũ cõdidi
sti vt femineo coꝛpoꝛi
de virili dares carne
pꝛicipiũ docẽs vt q̃d ex
vno placuisset institui
nũq̃ liceret disiungi.
Deus qui tã excellenti
mysterio coniugalẽ co
pulam cõsecrasti vt xpi
et ecclesie sacramẽtuz
ꝑsignares in federe nu
ptiarũ Deꝰ per quẽ mu
lier iungitur viro ꝛ so-
cietas pꝛincipaliter oꝛ
dinata ea bñdi ✠ ctio-
ne donat̃. q̃ nec sola p


Missa nubentiū
originalis peccati pe-
nam nec per diluuij est
ablata sententiā. Re-
spice propici⁹ super hāc
famulā tuā. que mari-
tali iungenda est cōsor
tio: tua se expetit prote
ctione muniri. Sit in
ea iugum dilectionis
et pacis. fidelis & casta
nubat in christo imita
trixq; sanctarum per-
maneat feminarum.
Sit amabil' vt rachel
viro suo: sapiens vt re-
becca: longeua et fide-
d iij


lis vt sarra: Nichil i
ea ex actibꝰ suis ille au
ctor ꝑuaricationis v-
surpet nexa fidei man-
datisq; ꝑmaneat. vni
thoro iuncta: cōtactus
q; illicitos fugiat. mu
niat infirmitatē suam
robore discipline. Sit
verecūdia grauis / pu-
dore venerabil': doctri
nis celestibꝰ erudita.
Sit fecunda in sobole.
sit ꝓbata & innocens
& ad beatorū requiē
atq; ad celestia regna



peruemat. Et videat

filios filiorũ suorũ vſ

qꝫ in terciam ⁊ quar-

tã ꝓgeniẽ/⁊ ad optatã

perueniat senectutem Per dñm nostrũ iesuz christũ filiũ tuũ qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus scti deus. Per. Hoc dicat legẽdo. Tũc amoto pallio ⁊ illis se erigentib⁹ vertẽs se sacerdos ad altare dicat. Pax dñi sit sẽper vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Agn⁹ dei ⁊c. Quo dicto. accedat sponsus ad sacerdotẽ/et accipiat ab eo pacem deinde det sponse. Cleric⁹ vo accipiat pacẽ a sacerdote ⁊ det populo. Coĩo.

Benedicim⁹ deũ celi ⁊ corã omĩbus viuẽtib⁹ cõfitebimur ei quia fecit nobiscũ misericordiam suã. Postcõmunio

Proficiat nobis ad salutem corporis ⁊ anime dñe deus hui⁹ sacramenti susceptio: ⁊ sempiterne sãcte trinitatis eiusdẽqꝫ īdiuidue vnitatis confessio

Quesum⁹ (Alia orõ Oĩps de⁹ īstituta ꝓuidentie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate cõnectis: longeua pace custodias. Per. Missa dicta bñdicat sacdos panem et vinum dicens.

Benedic dñe creaturã istã panis q̃ benedixisti quinqȝ panes in deserto: vt oms gustantes ex eo recipiant taȝ aīe q̃ corporis sanitatē. Qui viuis et reg. Item benedictio super vinum.

Potū seruorū suorꝝ bñdicat rex angelorum. In nomie pr̄is ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Amen. Postea aspergat sacerdos aqua bñdicta panē ⁊ vinū spōsum ⁊ sponsā et det eis de pane ⁊ vino.

¶ Sequit̄ benedictio thalami. sponso ⁊ sponsa super lectū sedētib⁹ aspergat eos sacerdos aqua benedicta ⁊ similiter lectū. Et post incēset cū thuribulo spōsū et sponsam et circa lectum dicendo. ps

Beati oēs qui timēt dominū: qui amb̄ulāt in vijs eius. Labores manuū tuaꝝ quia manducabis: beat⁹ es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abūdās in laterib⁹ domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū: in circuitu mēse tue. Ecce sic benedicet homo qui timet dominū. Benedicat tibi dñs ex syon: et videas bona hierusalē omib⁹ dieb⁹ vite tue. Et videas filios filiorū tuorū: pacem super israel. Gloria patri. Sicut erat. Kyri eleyson. xp̄e eleyson. Kyri el'. Pater noster. Et ne nos Sed libera. Ostende nobis dñe miam tuā. Et salutare tuū da nobis. Saluū fac seruū tuū ⁊ ancillā tuā. De⁹ meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sctō.

Et de syon tuere eos. Benedicam⁹ patrē & filiū cū sancto spiritu. Laudem⁹ & superexaltem⁹ eū in secula. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus

Benedic dñe thalamū hūc / & oēs habitantes in eo / vt i tua pace cōsistant / & in tua volūtate pmaneant: & tuo amore viuāt / & senescant / & multiplicētur in longitudinē dierū. Per xpm dominū nostrū. Amen Ore⁹

Deus abraham / deus isaac / & de⁹ iacob: ipse vos cōiungat impleatq; benedicti✠onem suam in vobis. Per christum dominū nostrū. Am. Ore⁹

Benedicat vos pater & filius & spiritus sanctus qui trinus est in numero & vn⁹ est in nomie. Amē: Oro

Benedic dñe adolescētulos istos sicut benedixisti thobiam et sarram filiā raguelis: ita bñ✠dicere digneris eos dñe vt i nomie tuo viuant & senescāt i longitudinē dierū. per xpm dominū nostrum Amen. Oratio

Benedictio dei omnipotentis patris & filij et spiritus sancti descendat super vos & maneat semper. In nomie patris & filij & spiritus sancti. Amē.

Postea sacerdos petat vinū & benedicat dicēdo sic.

Benedicite. Dominus. Potum seruorū suorū benedicat rex angelorū. In noie patris & filij & spiritus

sancti. Amen. Postea sac̄dos aspergat aqua benedicta vinū ꝫ sponsum ꝫ sponsam ꝫ thalamum similiter ꝫ omēs ibi presentes. ꝫ post det sponso ad bibendū deinde sponse / ꝫ postea bibat / ꝫ ceteri. deinde doceat eos habere pacem ꝫ dilectionem inter se super omīa. et cetera.

¶ Ordo ad visitanduz infirmū. Sacerdos ingrediēs domum ī qua eger decūbit dicat ter. Pax huic domui. Et oībus habitantibus ī ea. Post aspergat īfirmū ꝫ locum aqua benedicta dicens. Asperges me domine ysopo ꝛc. Ps Miserere mei deus Gloria patri. ꝛc. Vsus. Ostende nobis domīe misericordiā tuam Et salutare tuū da nobis. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Orem⁹.

